



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De causis excusantibus ab officio persoluendo. c. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

tum sacrificio interesse. Etsi ordo horarum non sit in præcepto extra chorum, illam tamen pervertere veniale est, atque idem est de tempore, nisi ex causa utriusque fiat.

*De causis excusantibus ab officio persolueno. Cap. 14.*

**S** Ex sunt causæ excusantes, Infirmetas grauis: qua durante nemo tenetur loco horarum aliud dicere. Occupatio alterius negotii magni ponderis, vt cōcio, vel lectio publica, vel infirmi cura. Breuiarii inculpabilis defectus. Papæ dispensatio. Beneficium tenuissimum non excedens redditum octo ducatorum, ex soto & aliis: probabilius tamen est etiam tunc teneri cum nullus Canon eū excuset. Defectus fructus beneficij, qui post adhibitam debitam diligentiam, nec per se, nec per alium percipi possunt, nec



vlla est spes eos percipiendi, ex quo sequitur eum qui cum habeat solum titulum, si redditus beneficii alteri à Papa concedantur ad nihil teneri.

*Quid sit sacramentum. Cap. 15.*

**S**acramentum est \* signum sensibile, spiritualis animæ sanctificationis, ad cultum veri Dei à Christo Domino institutum. Sacramentum est signum rememoratiuum, demonstratiuum, & prognosticum: est rememoratiuum passionis Domini, effectiuè nos sanctificantis. Demonstratiuum, gratiæ nos formaliter iustificantis & prognosticum gloriæ, ac futuræ beatitudinis nos finaliter sanctificantis.

*De iis quæ in Sacramentis sunt necessaria. Cap. 16.*

---

Quatuor